Nos PHILIPPUS

DEI gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, utriusque Siciliæ, Hieru-
salem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ,
Galleciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Gien-
nis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, necnon Indiarum
Orientalium, & Occidentalium, Insularum ac Terræ firmæ, maris Oceani,
Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum,
& Neopatriæ, Comes Absburgii, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rossillionis et
Ceritaniæ, Marchio Oristani, & Comes Goceani. Fuit proparte Villæ de
Villafamés in predicto nostro Valentiæ Regno nobis humiliter supplicatum ut
pro divini cultus ornatu, et ad conservationem quarundam operarum piarum
alia Hospitali dictæ Villæ, alia Ecclesiæ Sanctæ Catharinæ martiris, & alia
fabricæ Ecclesiæ Matris Dei, nobis tarum per Ursolam Hieronymam Gual
& Franciscum Gual, licentiam amortizandi sexcentas libras in proprietate sibi
de nostra solita benignitate concedere et elargiri dignaremur, et nos huic
supplicationi solvendo unum solidum pro libra ratione iuris sigilli,
et octo denarios etiam pro libra ratione iuris amortizationis benigne
modo quo infra annuere decrevimus. Tenore igitur præsentis de nostra
certa scientia, Regiaque auctoritate deliberate, et consulto eidem Villæ de
Villafamés in supradicto nostro Valentiæ Regno licentiam concedimus, et
facultatem plenariam impartimur, quod non obstantibus quibusvis pri-
vilegiis, foris, statutis, consuetudinibus, pragmaticis, sanctionibus et aliis
ordinationibus prohibentibus bona de realenco vendi, transferri, aut alie-
nari posse personis et locis ecclesiasticis, religiosis, sive sanctis, aut aliis
piis operibus possit et valeat, eidemque liceat libere, et impune quævis
bona empta & acquisita, vel emenda et acquirenda tam a manu mortua
quam aliunde, etiam si sint censualia, census, redditus, proventus et iura,
aut alia quævis bona usque ad dictam quantitatem sexcentarum libra-
rum monetæ Regalium Valentiæ in proprietate et non ultra habere &
possidere in una, vel pluribus emptionibus, onerationibus, et quibusvis aliis
acquisitionibus, et super quibusvis Civitatibus, oppidis, Villis, Universitatis,
alqueriis, locis, hospitiis, domibus, agris, campis, vineis, hortis, molendinis aut
aliis quibusvis bonis de realenco, et quæ etiam a manu mortua [illegible]
tant. Quæquidem censualia, census, redditus et iura (ut præmittitur)
empta & acquisita, vel emenda & acquirenda possideri tam Villam
de Villafamés sint post præsentem concessionem [illegible] [illegible] amortizata &
convertantur, et [illegible] habeant cunctis temporibus [illegible]
& commodum conservationis dictarum operarum [illegible]. Dum tamen
ea super quibus onerata sunt aut [illegible]



Nos PHILIPPVS

DEI gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, vtriusq; Siciliæ, Hieru=
salem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ,
Galleciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Gien=
nis, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, necnon Indiarum
Orientalium, & Occidentalium, Insularum, ac Terræ firmæ, maris Oceani.
Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum,
& Neopatriæ. Comes Absburgij, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rossilionis, et
Ceritaniæ, Marchio Oristani, & Comes Goceani. Fuit pro parte Villæ de
Villafames in prædicto nro Valen.æ Regno nobis humiliter supplicatum, vt
pro diuini cultus ornatu, et ad conseruationem quarundam operarum piarum
alia Hospitali dictæ Villæ, alia Ecclesiæ S.tæ Catharinæ martiris, & alia
fabricæ Ecclesiæ Matris Dei, nec non ... ex Vrsolam Hieronymam Gual
& Franciscum Gual, licentiã amortizandi sexcentas lib.s in proprietate nobis
de nra solita benignitate concedere, et elargiri dignaremur, et nos huic
supplicationi soluendo vnum solidum pro libra ratione iuris sigilli,
et octo denarios etiam pro libra ratione iuris amortizationis benignè
modo quo infra annuere decreuimus. Tenore igitur præsentis de nra
certa scientia, Regiaq; auctoritate deliberatè, et consulto eidem Villæ de
Villafames in supradicto nro Valentiæ Regno licentiam concedimus, &
facultatem plenariam impartimur, quod non obstantibus quibusuis pri=
vilegijs, foris, statutis, consuetudinibus, pragmaticis, sanctionibus, & alijs
ordinationibus prohibentibus bona de realenco vendi, transferri, aut alie=
nari posse personis, et locis Ecclesiasticis, Religiosis, siue sanctis, aut alijs
pijs operibus possit, et valeat, eidemque liceat libere, et impunè quauis
bona empta, & acquisita, vel emenda, et acquirenda tam à manu mortua
quam directæ, etiam si sint censualia, census, redditus, prouentus & iura,
aut alia quauis bona vsque ad dictam quantitatem sexcentarum libra=
rum monetæ Regalium Valentiæ in proprietate et non vltra habere, &
tenere in vna vel pluribus emptionibus, oneratonibus, et quibusuis alijs
acquisitionibus, et super quibusuis Ciuitatibus, oppidis, Villis, Vniuersitatibus,
alquerijs, locis, hospitijs, domibus, agris, campis, vineis, hortis, molendinis aut
alijs quibusuis bonis de realenco, et quæ etiam à manu mortua existant. Quæquidem censualia, census, redditus, et iura (vt præmittitur)
empta, & acquisita, vel emenda, & acquirenda per supradictam Villam
de Villafames sint per præsentem concessionem ipso facto amortizata, &
conuertantur, & conuerti habeant cunctis temporibus in vtilitatem
& commodum conseruationis dictarum operarum piarum. Dummodo
ea super quibus onerata sunt, aut onerabuntur ...

et allodiali dominio minime teneantur; quequidem censualia census, redditus et iura, ac alia quaevis bona empta, et acquisita vel emenda, et acquirenda casu quo in totum, vel in partem reddimi, aut aufferri contigerit, quandocumque pretium, seu pretia eorundem ex predictis reddemptionibus habitum, vel habita in deremerciari, et iterum aliud, vel alia emere acquirere et habere possit, et valeat semel, et pluries, et toties quoties reddimi, sive aufferri, vel concambiari evenerit. Praeterea si contingerit aliquod ex predictis censualibus censibus, et redditibus evinci, vel penitus dirui, possit aliud censuale, censu, redditu, vel ius in locum ipsius habere, emere et acquirere. Nos enim bona censualia, census, redditus, et iura per supradictam Villam (ut praefertur) empta, et acquisita, vel emenda, et acquirenda, aut alia quaecumque quae remerciari, seu in locum ablatorum, reddemptorum, venditorum, vel emptorum acquiri, assignari, vel consignari contigerit, postquam empta, et acquisita, seu donata fuerint ex nostrae regiae potestatis plenitudine legibus absoluta nunc pro tunc amortizamus, et amortizata fore, et esse decernimus cum presenti. Volumus tamen, et nobis expresse retinemus quod bona censualia, census, redditus, et iura predicta per supra relatam Villam empta, et acquisita, vel emenda, et acquirenda quae huiusmodi vigore amortizari contigerit, transeant, et remaneant perpetuo in suo onere Vegali et vicinali, secundum forum Val.ae sicut antea erant, et si forsan dicta Villa venuerit solvere, vel recursum habuerit pro contributione ad quam censualia ipsa census, redditus, et iura seu bona teneantur, ac tenebuntur vel alias ad Iudicem Ecclesiasticum forum nostrum quomodolibet declinando eo ipso casu quod id tentaverit, dicta bona redditus, et iura sint nobis, et fisco nostro penitus devoluta quandoquidem sub hac conditione, et non alias huiusmodi gratiam facimus, et concedimus. Volumus insuper quod dicta Ecclesia, et omnes qui nunc, et pro tempore fuerint instituti in dictis operis piis, et successores teneantur Deum suppliciter exorare pro salute animae nostrae, ac Serenissimorum Regum Aragonum predecessorum suorum, ac potentatis domus Regiae nostrae. Nos enim cum hac eadem mandamus quibusvis Notariis, et Scribis qui pro parte supradicta Ecclesia fuerint requisiti, ut de emptione, seu de emptionibus, ac acquisitionibus censualium redditium, aut iurium predictorum faciendis instrumentum seu instrumenta quoties voluerint faciant, atque tradant cum clausulis necessariis, et opportunis; foris, privilegiis, pragmaticis, et aliis predictis in aliquo non obstantibus, quoniam nos emptiones, mutationes, acquisitiones, donationes, assignationes vel consignationes ipsas cum factae fuerint, nunc pro tunc et econverso huiusmodi serie laudamus, ratificamus, ac etiam in omnibus et per omnia confirmamus, eisque auctoritatem nostram interponimus pariter et decretum. Supplentes, et tollentes cum presenti serie ex nostrae regiae potestatis plenitudine omnem defectum nullitatem, et obstaculum si qui vel quae fuerint in concessione, vel provisione huiusmodi, aut emptionibus vel acquisitionibus memoratis, super quibus ex eiusdem potestatis plenitudine dispensamus. Et ne huiusmodi vigore consignari amortizari vel concedi valeat maior quantitas superius expressa, et concessa volumus, et expresse iubemus Notariis, et Scribis qui praedictorum contractuum confectioni intervenient sub

poena privationis officii Notariae, ut de emptione, vel emptionibus, et aliis quibuscumque acquisitionibus de quibus in eorum posse instrumenta firmata sunt firmabuntur, aut fient in calce concessionis huiusmodi extractum faciant manu propria mentionem ponendo diem, et nomina contrahentium, ac pretia dictarum emptionum. Volumus autem, et expresse iubemus quod dicta Villa in calce huiusmodi privilegii registrare teneatur omnes, et singulas acquisitiones, quas vigore illius habuerit, et acquisierit, et non alias aliter, nec alio modo hanc gratiam facimus, et concedimus; Salvus quod si secus fuerit, nullam, nulliusque roboris, et valoris eam declaramus. Ill.i propterea Nobilibus, Mag.cis Dilectisque Consiliariis, et fidelibus nostris Locumti.ti et Capitaneo grali nostro, Regenti Cancellariam, et Doctoribus nostrae regiae Audientiae, Gerentibusque vices nostri gralis Gubernatoris, Baiulis gralibus, Magistro Rationali, Locumtenenti nostri gralis Thesaurarii, Advocatis, et Procuratoribus fiscalibus, et Patrimonialibus nec non Iudici Receptori et Commissariis amortizationum, Iustitiis, Iuratis, Alguaziriis, Virgariis, et Portariis ceterisque demum universis, et singulis officialibus, et subditis nostris maioribus et minoribus in predicto nostro Valentiae regno constitutis, et constituendis dictorumque officialium Locatg.dus seu officia ipsa Regentibus, et subrogatis presentibus, et futuris ad incursum nostrae regiae indignationis, et irae, poenaeque florenorum auri Aragonum mille nostris regiis inferendorum erariis, dicimus, precipimus, et iubemus quatenus gratiam, concessionem, et provisionem nostram huiusmodi, et quidquid ipsius vigore succedet, et fiet perpetuo teneant firmiter, et observent, tenerique et inviolabiliter observari faciant ab omnibus inconcusse, et non contra faciant, vel veniant, aut aliquem contrafacere, vel venire permittant ratione aliqua, sive causa si officiales, et subditi nostri predicti gratiam nostram charam habent, ac preter irae et indignationis nostrae incursum poenam preappositam cupiunt evitare. Sumus namque ab eis omnimodam secus agendi cum nullitatis decreto potestatem.

Hanc autem amortizationis gratiam concessionem, seu licentiam emendi, et quomodolibet acquirendi dictas sexcentas libras facimus et concedimus soluto solido pro libra ratione sigilli, et soluti octo denariis pro iure amortizationis, ex qualibet libra dictarum sexcentarum librarum. Volumus tamen, et expresse iubemus quod supradicta Villa de Villafames privilegium huiusmodi infra sex mensium spatium a die datae illius computandorum, in nostra regia Cancellaria expedire, et sigillare, eisque pro sigillo debitum solvere teneatur alias illud irritum, ac nullius roboris remanere declaramus tamquam si concessum non fuisset. Derogantes cum presenti omnibus, et quibuscumque in contrarium facientibus quibus derogare possumus ea omnia, et singula sint pro expressis ac si specialiter, et expresse eis derogatum fuisset. Volumus iterum, et iubemus quod supradicta Villa cum primum acquisierit bona predicta, aut quamcumque eorum partem intra unius mensis spatium post factam dictam acquisitionem ius amortizationis predictis bonis vel eorum parte debitum sub poena privationis presentis gratiae solvere, ut astricta scilicet octo denariis pro iure amortizationis (ut est dictum) et antequam hac concessione uti possit, sub eadem poena huiusmodi privilegium apud nostram regiam Baiuliam in officio amortizationum, sub ipsoque [illegible] scribae teneatur manifestare, qui Scriba predicto manifesto quod continuare debeat in libro Manifestorum intitulato et ad effectum huiusmodi per Baiulum gralem

nostrum traddito sex denariis monetæ Regalium Valentiæ tantummodo, et non amplius exigat. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro Regio communi sigillo impendenti munitam. Datt. in oppido nro Matriti die trigesima mensis Augusti anno à Natiuitate Domini millesimo septingentesimo primo; Regnorumque nostrorum secundo.

Yo el Rey.

30 agosto 1701

+

Dns Rex mandauit mihi Dno [illegible] Roca, visa per Rull Regentem Cancellariam, et per Thesaurarium generalem, Laconi, Torre, Lopez, et Jaca, Regentes Cancellariam

Vt. Don Jo Rull R.
Ex. Thro. Gen. Vt.
Vt. Marchio de Laconi
Vt. Lopez R.

Vt. Bonannus dela Torre R.
Vt. Jaca R.
Vt. Roca Consiliarius Generalis

In Diuers. Val. IJ. fol. LXX

V. Mag.d concede licencia ala Villa de Villafames enel Reyno de Valencia para amortizar seiscientas libras en propiedad para la continuacion de las presentes obras pias, pagando el dro del sello à sueldo por libra y el de amortizar à razon de seis dineros. Consultado

[illegible]

[illegible]